

## DE SERMONE DOMINI IN MONTE

Grum quicquid vnum eorum soluerit, & secundum suam solutionem docuerit, magnum autem vocari quicquid ea fecerit & sic docuerit, & ex eo iam in regno celorum futurum esse quia magnus est: quid opus est addi preceptis legis minimis, si iam in regno colorum potest esse, quia magnus est quicquid ea fecerit & sic docuerit? Quapropter sic est accipienda illa sententia: qui autem fecerit & docuerit sic, magnus vocabitur in regno celorum: id est, non secundum illa minima, sed secundum ea quae ego dixurus sum. Quae sunt autem ista? Ut abundet iustitia, inquit, vestra super Scribarum & Pharisaeorum: quia nisi abundauerit iustitia, non intrabitis in regnum celorum. Ergo qui soluerit illa minima & sic docuerit, minimus vocabitur: qui autem fecerit illa minima & sic docuerit, non iam magnus habebus est & idoneus regno celorum, sed tam non tam minimus quam ille qui soluit. Ut autem sit magnus atque illi regno aptus, facere debet & docere, sicut Christus nunc docet: id est, ut abridet iustitia eius super Scribarum & Pharisaeorum. Iustitia Pharisaeorum est, ut non occidant: iustitia eorum qui intraturi sunt in regnum celorum, ut non irascantur sine causa. Minimum est ergo non occidere, & qui illud soluerit, minimus vocabitur in regno celorum. Qui autem illud impleuerit ut non occidat, non continuo magnus erit & idoneus regno celorum: sed tamen alcebit aliquem gradum, perficietur autem si nec irascatur sine causa. Quod si perficerit multo remotior erit ab homicidio. Quapropter qui docet ut non irascamus, non solvit legem ne occidamus, sed implet potius, ut & foris dum non occidimus, & in corde dum non irascimur, innocentiam custodiamus. Auditis ergo, inquit, quia dictum est antiquis. Non occides? Qui autem occidit, iudicio reus erit. Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio, qui autem dixerit fratri suo racha, reus erit concilio, qui autem dixerit fatue, reus erit gehenna ignis. Quid interest inter reum iudicio, & reum concilio, & reum gehennae ignis? Nam hoc postremum gravissimum lonat, & admonet quoddam gradus factos a leuioribus ad grauioribus, donec ad gehennam ignis venirentur. Et ideo sicut leuius est reuus esse iudicio quam reuus esse concilio, ita leuius est reuus esse concilio quam reuus esse gehennae ignis. Itaque oportet ut leuius esse intellegatur irasci sine causa fratri quam dicere racha, & rrus leuius esse dicere racha quam dicere fatue. Non enim reatus ipse haberet gradus, nisi gradatim etiam peccata commemorarentur. Vnum autem hic verbis obscurum positum est, quia nec Graecum, nec Latinum est, racha, cetera vero in sermone nostro visitata sunt. Nonnulli autem de Graeco trahere voluerunt interpretationem huius vocis, putantes pannosum dici racha, quoniam Graece dicitur pannus. A quibus tamen cum quae ritur quid dicatur Graece pannosus, non respondent racha: sed deinde non posset Latinus interpres vbi posuit racha, pannosum ponere, nec vti verbo quod & in Latina lingua nullum sit, & in Graeca inusitatum. Probabilius est ergo, quod audiui a quodam Hebreo, cum id interrogasset: dixit enim esse vocem non significantem aliiquid, sed indignitatem animi motum experimentem. Has interiectiones Grammatici vocant, particulas orationis significantes commotum animi affectum: velut cum dicitur a dolente, heu: velut ab iracente, hem. Quae voces quartus linguarum sunt propriæ, nec in aliam linguam facile transfreruntur. Quae causa vtique cogit tam Graecum interpretetur quam Latinum vocem ipsam ponere, cù quomodo eam interpretaretur non inueniret. Gradus itaque sunt in istis peccatis, ut primo quisque irascatur, & eni motum retineat corde cōceptum. Iam si extorserit vocem indignantis ipsa commotio non significantem aliiquid, sed illum animi motum ipsa eruptione testan-

† vocand⁹

Exod. 20.

1. Retrac.  
19.

Racha  
quid.

Tres gra  
dus ira.

tem, qua feriatur ille cui irascitur, plus est utiq; quam K si surges ira silentio premeretur. Si vero non solum vox indignatis audiatur, sed etiam verbum quo iam certam eius vituperationem in quem profertur designet & notet, quis dubitet amplius hoc esse quam si solus indignationis sonus æderetur? Itaque in primo vnum est: id est, ira sola: in secundo duo, & ira & vox quae iram significat: in tertio tria, & ira & vox quae iram significat, & in voce ipsa certæ vituperationis expressio. Vide nunc etiam tres reatus, iudicij, consilij, & gehennæ ignis. Nam in iudicio adhuc defensioni datur locus. In concilio autem, quanquam & iudicium esse soleat, tamē quia interesse aliquid hoc loco fateri cogit ipsa distinctione, videtur ad consilium pertinere sententia prolatio: quando non solum cum ipso reo agitur, utrum dannandus sit, sed inter se qui indicant cōferunt quo supplicio damnari oporteat quem constat esse damnandum. Gehenna vero ignis, nec damnatione habet dubium sicut iudicium, nec damnati poenam, sicut cœlū: in gehenna quippe ignis certa est & damnatio & poena damnati. Videntur ergo aliqui gradus in peccatis & in reatu, sed quibus modis inuincibiliter exhibentur [poene] meritis animarū, quis potest dicere? Audiendum est itaq; quātum inter se iustitiam Phariseorum, & iustitiam maiorem quā in regnum celorum introducit. Quod cum sit grauius occidere quam verbo irrogare conuictum, ibi occiso reum facit iudicio, hic autem ira facit reum iudicio, quod triū illorum peccatorum levissimum est: quia illi quaestione homicidij inter hoies agitantur: hic autem oīa diuinū iudicio dimittuntur, vbi finis damnatorum est gehennæ ignis. Quiquis autem dixerit quod grauiore supplicio in maiore iustitia punitur homicidium, si gehenna ignis punitur conuictum, cogit intelligi esse differentias gehennarum. Sanè in tribus istis sententijs subauditus verborum intuenda est. Habet enim prima sententia omnia verba necessaria, ut nihil subaudiatur. Qui irascitur, inquit, fratri suo sine causa, reus erit iudicio. In secunda vero cum ait, Qui autem dixerit fratri suo racha, subditur, si ita causa: & ita iungitur, reus erit concilio. Iam in tercia vbi ait, Qui autem dixerit fatue, duo subaudiuntur, & fratri suo, & sine causa. Hoc est vnde defenditur quod Apostolus Galatas vocat stultos, quos etiam fratres nominat, non enim id fecit sine causa. Ideo autem hic frater subaudiens est, quia de inimico postea dicitur, quomodo etiam ipse tractandus sit maiore iustitia. Deinde hic sequitur, Si ergo obtuleris munus tuum ad altare, & illuc recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliare fratri tuo. Et tunc veniens offer munus tuum. Hinc itaque apparet de fratre dictum esse superius, quoniam sententia qua sequitur, ea coniunctio connectitur ut superiori attestetur: non enim ait. Si autem obtuleris munus tuum ad altare, sed ait. Si ergo obtuleris munus tuum ad altare. Nam si irasci fas non est fratri suo sine causa, aut dicere racha, aut dicere fatue, multo minus fas est animo tenere aliiquid, ut in odium indignatio conuertatur. Ad quod pertinet etiam quod alio loco dicitur, Non occidat fol super iracundiam vestram. Iubemus ergo illatui munus ad altare, si recordari fuerimus aliquid aduersum nos habere fratrem, munus ante altare relinquere, & pergere ac reconciliari fratri, deinde venire & munus offerre. Quod si accipiatur ad literam, fortassis aliquis credat ita fieri oportere, si præsens frater sit. Non enim diutius differri potest, cum munus tuum reliquere ante altare inbearis. Siergo de absente, & quod fieri potest, etiam trās mā re constituto aliiquid tale veniat in mētem, absurdum est credere ante altare munus relinquendum, quod post terras & maria pererrata offeras deo. Et ideo proflus

i. Retrac.  
19.

Gala. 3.

Ephes. 4.